versus horum psalmorum primitus sine litteris initialibus descripti erant, quas scriptor alteri coloribus depingendas relinquebat; id quod dein in textu latino non nisi post aliquot saecula rubris litteris factum, in textu graeco plane omissum est, ita ut in quolibet versu littera initialis adhuc desideretur. Textus graecus versioni graecae LXX interpretum in bibliis poliglottis obvio quidem concordat, at multis mendis est deformatus, cum scriptor linguae graecae fuerit exters, quod ex eo clarum fit, ~~quia~~ quod articulos separatim non scripserit, sed cum substantivis contraxerit, et in unam vocem conflaverit.

License: cc-by-nc – St. Gallen, Stiftsbibliothek St. Gallen, Cod. Sang. 1395 II, e-codices_csg-1395_333 – Psalterium duplex (Latin-Greek) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-4b1o/155/2534)